quibusvis proprijs et competen. recedendo, Praesen. Sso Iurisdiction. Castren. Capitan. Premislien. quoad Actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere publice ac per expressum Sibi Luca ipsa bonis paternis et Maternis quibusvis Sese cognoscentem Iure divino et naturali Successione post Parentes Suos concernen. inter alios consuccessores Suos accepta Satisfactione per manus Magnifici Domini Parentis Sui, in rem eiusque Parentis Sui abdicavit et abrenunciavit, prout praesen. abdicat et abrenuntiat Sibi et Suis posteris Successorum ratione perpetuam imponendo Silentium.

Szeptycki Consorti reformat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesen. Castren. Capitan. Premislien. Dominus Alexander Szeptycki Domini olim Petri Szeptycki cum Domina Christina Prominska procreatus filius Sanus mente et corpore exemptus a Terris Actibus Iurisque Iurisdictionibusque Suis quibusvis proprijs et competen. renun. Praesen. Sso Iurisdiction. Castren. Capitan. Premislien. quoad Actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo Palam libere publice ac per expressum Sibi Lucia ipsa Dominae Mariannae Lisowska Domini Marciani Lisowski cum Domina Helizabetha Rozbalska procreatae filiae Suae Sese recognoscentis Consorti legitimae Summam Duorum Millium florenorum Poloni. ratione Dotis et expeditionis de bonis paternis

et maternis, post ipsam accepta et in domum suam importata. Nec non aliam similem summam Duorum Millium florenorum Polonicorum ratione certi justi et liquidi Dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum, nec non auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum, pecorum, pecudum, equorum ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et inposterum habendae, Dedit, Dotavit, Dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dedit, Dotat, Dotalitiat, inscribit et reformat. Quam quidem Medietatem bonorum suorum praedictorum eadem Consors sua cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit, habebit et possidebit, illisque usufruetur, vigore ac more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum, hactenus et diutius in Regno observari solitarum, Hac praesenti Inscriptione ad Commissionem Terrae mediante.

Corundem Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Premislien. Generosus Alexander Rzepczycki Generosi Petri Rzepczycki cum Generosa Cristina Przeminska procreatus filius ab una et Marianna Lysowska Generosi Marhani Lysowski cum Generosa olim Elizabetha Bogdalska procreata filia parte ab altera, Maritus quidem Uxor vero praedicta Consors Eo cum eiusdem Mariti sui et tutoris conjugalis praesentialiter et personaliter astantis et Ultroneo ad infrascripta liberi consensu, Conjuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Detentionibus Inimicitiisque Juris quibusvis propriis et competentibus recedendo,

Recedentes,